

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici  
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Constantij Caesaris morte. Cap. XXXVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12704**

## SOCRATIS HISTORIAE

Quocirca illos leui arrepta occasione ab ecclesia recessisse.  
Vbi verò nemo illis animū attendit, nouam religionis formam inducere moliebantur: ac primum dicebant hominem à Deo verbo assumptum in ipsa, incarnationis cœconomia sine anima. Deinde tanquam pœnitentia adducti, illum animam suscepisse concedunt illi quidem, eam tamen non esse mente præditam, sed Deum verbum in hominem, quē sumperat, mentis loco inclusum. In hac re solum ab ecclesiæ fide dissidere se aiunt, qui ab illis nomen duxerunt: quippe trinitatem ὁμοότοπ, id est, Consubstantialem esse assertuerant. Verùm de Apolinariis alius mihi deinceps plura dicendi locus erit.

*De Constantij Cæsaris morte.*

CAP. XXXVII.

DVM Imperator Constantius Antiochiæ versabatur, Julianus Cæsar in Gallia cum multis Barbaris hominibus confligit. Quibus deuictis, militibus propterea adeo charus habebatur, ut ab illis Imperator renuntiaretur. Quo auditio, Constantius in grauem mentis angorem & aegritudinem coniectus est. Itaq; baptismo ab Euzoio accepto, ad bellum cum eo gerendum recta proficiscitur. Qui cum ad Mopsi fontes, qui sunt inter Cappadociam & Cili ciām, peruenisset, præ nimia sollicitudine in apoplexiā de lapsus, mortem oppetit, Tauro & Florentio Coss. tertio

Non. Nouemb. anno primo ducentesimæ octuagesimæ

quintæ Olympiadis. Vixit Constantius annos 45. Regnauit annos 38. 13. videli-

cet vna cum patre: post patris

mortem 25. Totidem

annos hic liber

comprehen-

dit.

*Finis Secundi libri.*